

IOANNES SYRINGVS CANONICVS MAGDEBURGENSIS.



Ioannes eruditione & pietate suo tempore clariſſimus extitit, atque Theologiae Doctor creatus fuit. Itaq; cum Magdeburgum uenisset, cathedralis Ecclesiæ canonicus & concionator constitutus fuit, Anno circiter 1500. Eam functionem is per triginta annos continuauit, & nullo habito personarū respectu homines officij admonuit. In primis uero sacerdotes redarguit, atq; eorum religionem superstitionibus conspurcatā breui ruiturā prædixit. Is passim in Theologicis suis libris in margine ad sentētias dubias ascripsit: Hæc uerba sic nūc senit cōmuniter Ecclesia, sed contrarium ex scriptura probari potest. Cum hoc modo legendo, scribēdo, & predicando boni uiri officium prestitislet, tandem senio confessus integrū quatriuum diem & horam mortis suæ prædixit. Eo toto tempore diligenter se promissionib. diuinis de gratuīa misericordia per Christū (neglectis omnibus humanis meritis & præfidijs) est cōsolatus, atq; ita tādē ter repetito dicto: In manus tuas Domine cōmēdo spiritū meū, lēto & cōstāti animo expirauit.